

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]
Roma=||norum libellus**

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

De decemuiris legum authoribus. Cap. XVII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

Iurisc. i. li. ff. ti. de off. Proc. & Legati.

De Decemvris legum authoribus.

CAP. XVII.

Luius li. 3. scribit an. 300. altero quā
 Roma cōdita erat, iterum mutatā
 formā à Cōs. ad Decemuiros, velut à
 Regibus ad Cōs. fuisse. Trāslatio, in-
 quit, imperij minus insignis, quia nō
 diuturna mutatio fuit: lēta enim prin-
 cipia magistratus huius nimis luxuria
 uere: mutationis huius causa fuit, ple-
 be quotidianis seditionibus insurgē-
 te: tū ob creandos de suo corpore ma-
 gistratus, tum ob ferēdam legem de
 soluendo à nexibus scēnatorum, sæ-
 pe etiam de cōnubio, vt inire liceret
 cum patribus, & interdū ob ferendā
 legem Agrariā, diuina & humana o-
 mnia miscēte. Placuit pop. nequis in-
 uidiæ locus esset externas leges in vr-
 bem inducere. Propterea mittuntur

*Decem
 virorū
 creando
 rum cau-
 se.*

*Legati
Athe-
nas mis-
si.*

Athenas tres legati qui leges inclytas Solonis scriberēt & iura & mores aliarum ciuitatū perdiscerēt. Anno tertio, vbi recessere reuertūtur, legesque scriptas referunt pro quibus cēsendis & promulgandis Decemuiui creatur quibus summa potestas datur vt nec ab his prouocare liceat & his gubernētibus reliqui omnes magistratus in ciuitate cedāt & aboleātur. Penes singulos ordine vt fors terebat certis diebus lictores erant quoad vsque numerū impleuissent. Eodē ergo anno decem tabulas edunt, potestatem inspiciedi omnibus faciunt. Edicunt vt omnes secū agitent, & si quid emēdari, suppleri, minuiue opus esse censeant omniū sentētias æquo animo se esse audituros. Postquā id satis emendatū apparuit, leges 10. tab. scriptas, comitiis centuriatis proferunt, & simul se
magi-

magistratu abdicant. Tum verò rumore increbrescente, 2. tab. additis, ius Rom. absolutum & perfectum fore comitiis iterum habitis, alij Decemviri creati sunt, in quib. App. Clodius cui comitia habere mādātū fuerat, se contra ius fasq; decēvirū creat. His ergo comitiis decēviri creati qui cōstituēdā ciuitatis prætēxtu per spē ac libidinē dominādi, oīa conturbarunt Idib.

Maij, quo die iniere magistratū cum duodenis singulis facibus forū cōpleuere: interpretabātur enim non pertinere ad rem vt secures demerētur quando sine prouocatione creati essent. Itaque instar 10. Regū primo cōspectu præesse visi sunt & incredibile est quātum ea res vrbi terrorem iniecerit: nec tamen falsus fuit hic timor. Primū enim abstinentes à Patribus coeperūt in humiliores crudelitatem

Vis decemvirorum.

libidinēq; exercere, hominū nō cau-
 farū toti erāt, vt apud quos gratia vim
 æqui boni haberet iudicia domi con-
 trahebāt, pronūciabāt in foro si quis
 collegā vocasset: sic discedebat ab eo
 vt 1. edicto nō stetisse poeniteret. Opi-
 nio fuit foedus inter eos ictū & iureiu-
 rādo cōfirmatū, ne comitia haberent
 perpetuōq; suū seruarēt & retinerēt
 Imp. Iā maior anni pars p̄cesserat &
 2. tabu. ad 10. adiectæ fuerāt nec quic-
 quā supererat nisi centurias comitiis
 perferretur, sed res protracta est dū la-
 beretur annus, nec vlla comitiorū ha-
 bita mētio. Ideò plebs obstrepere &
 amissā libertatē cōqueri. Illi verò nihi-
 lo mitiores facti hac petulantia abute-
 bantur. Porro hos strepitus vrbānos
 bellū à Sabinis & Æquis nuntiatū in-
 tercipit, cōtra quos Decēviri habito
 delectu c̄n exercitu prodeūt. Vbi dū
 bellum

bellū geritur incerto eūctu Ap. Clodius vnus ē Decēuiris in vrbe ad res gerēdas remāsit. Is cū amore cuiusdā puellæ deflagraret, consiliū capit illius stuprādæ: Erat autē filia virginij plebij qui tū in castris erat, & Ilcio viro tribunitio desposata, quā cū Ap. pius prece & pretio tentasset frustra pellicere tandē animū ad superbiam & crudelitatem conuertit. M. Clodio cliēti negotiū dat, vt corā se pro tribunali se dēte puellā in seruitutē asserat, pmit tēs se omnes cæteros reiecturū qui in libertatē ipsā asserere conarētur, oportunitatē nactus huius sceleris minister trāseūti per forū puellæ manus iniicit seruā suā, & serua natā appellās ac sequi se iubet cū tantē vi abstrahere videbatur, sed ad nutricis quæ tum forte aderat simul & puellæ clamorē multitudinis factus est cōcursus. Tū

Clodius ait nil opus esse tumultu: se
 enim iure hoc facere si non crederet
 ad tribunal sequerentur. Ventū ergo
 ad tribunal, petitor affirmat puellam
 domi suæ natā, in domo virginij ab-
 stractam & pro filia ipsius suppositā:
 contra aduocati puellæ intercedunt,
 aiunt patrē Reip. causa abesse iniquū
 de liberis eius qui abest Reip. causa
 peragi. Illicius sponsus & Munitorius
 auus puellæ superuenientes & multa
 vociferātes acriter & intrepidè, iussu
 Ap. Clodij per lictorē sūmoti sunt. I-
 licius tamē constāter restitit multitu-
 dinēq; cōmouit. App. propter tumultū
 vades de virgine postero die in iu-
 diciū sistēda dari iussit. Interim pater
 vocatus in urbē venit & prima luce
 sordidatus filiā obtoleta veste cū ali-
 quot matronis secū in forū ducit, fo-
 rū lamētatione & querelis implet. I-
 dem

de facit spōsus idē puella & matronā.
 Appius tamē obstinato animo tribu-
 nal ascēdit vindiciāsque secūdū seruitu-
 tē deccernit. i. indiat seruā habēdam
 donec aliter appareat. Ex hoc edicto
 M. Clodius ibat ad virginē cōprehen- *Andax*
 dendā cum pater intētaret in Appiū *facinus*
 manus. Ilcio ait, nō tibi filiā meā des- *Appi*
 pōsauī ad nuptias, non ad stuprū edu- *Clodii.*
 caui, sed si quid sum in te inuectus a-
 crius parce quāso patrio dolori, sinas
 ergo me corā virgine nutricē percōta-
 ri an falsō pater sim, vt re cōperta æ-
 quior e hinc animo recedam. Seductā
 ergo filiam percontandi prætēxtu ē
 tabernaculo Lauij cultro interemit.
 Rei indignitate omnes commoti cō-
 currunt. Appius vt vitæ in tanto tu-
 multu cōsuleret obuoluto capite ef-
 fugit. Plebs inde occasione nacta li-
 bertatis recuperandæ, armis arreptis,

duce virginio in Auentinū confedit. Spōsus puellæ in castris milites concitat qui Trib. militum 10. cōstitutis in vrbē redeunt & reliquo se exercitui coniungunt. Tantis motibus perculsi Decemviri Senatū frequentem haberi iubent, rogant edicere quid vtile sit Reip. sese committunt Senatorū fidei à quibus castigātur oratione acerbissima 10. Tarquinij appellati. Tandem legati cōstituuntur qui ad res componēdas mittuntur ad populum. Obtinuerunt vt impune omnia gesta sint, sed tamen ea lege vt Trib. plebis restituerentur & vt consueuerāt rediretur ad Cōs. Sic Decemviri abdicantur magistratu & ad pristinam formam reditur gubernandæ Reip. Totum tempus decemviralis imperii fuit circiter 3. annorum.

*Decem
viri ab
rogati
expulsi.*

FINIS.